



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Dicacitatis Castigatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

INITIATUS SACRIS. CAP. XLII.

Sacra lite-
ra ut Cicada.

Agyptii Sacerdotes hominem sacris initiatum, & mystica disciplina peritiam affectum, per Cicadam significabant, in eam scilicet admirationem adducti quod animal tam exiguum nullo oris commodo non faucibus, non lingua præditum, tam argute caneret tamen, tamque altum infonaret. Esse hujus instar doctrinam mysticam, & suas præsertim literas, quæ nullo syllabarum complexu, nulla partium orationis textura constructæ, sed sola animalis cujuscumque, vel alterius rei representatione, absolutæ significationis orationem facere videantur, quæ sese longe diverso ab aliis literis modo legendam exhibeat. Putabant vero Aegyptii Cicadam, ut apud Horum legere est, per aculeum, emodulari, quod motu suo stridorem ciceret, veluti plectrum quo citharæ pulsantur: ore quippe caret Cicada, eademque cæca est, prolixum tamen quiddam, compactum indivisumque gerit, simile ei quod linguæ speciem refert in iis, quibus aculeus in ore est, eoque ipso rorem haurit, quod unum illi & peculiare est alimentum. Unde apud Maronem:

Dum cythra pascentur Apes, dum rore Cicada.

Cæterum de sono diversa est aliorum sententia: quippe qui attritus sit interioris spiritus. Quinetiam experimento compertum est, Cicadam non canere per oris aculeum, sed colliso, attrito agitateque frequenter cavo utero, quod pueri digitorum stimulatione non semel exploravimus.

DICACITATIS CASTIGATIO. CAP. XLIII.

Ita illud,
τέτραξα
ἡσέβη
συνείλησθε
Cicadam a-
la corripui-
βι. Lucianus
in pseudo-
logia.

Cum vero sonus ipsius animalis argutus quidam stridor potius sit, quam cantus ullus, & strepitu caures offendat, natum inde proverbium, *Cicada uterum ne scabito*: quotiens reprimenda est cujuscumque dicacitas aut petulantia, ut si pergat dicere quod vult, scurriliq; aut maledico moris impatientiorem aliquem tulerit, ipse postea repercussus, quæ nollet audiens erubescat. Et quod in hanc sententiam ait Hesiodus:

Εἰ ἡ κακὸν τ' εἶπες, τετραξαι τὸς μείζον ἀνθρώπους.

Et hujusmodi apud Sophoclem, Euripidem & Plutarchum plura. Proclus Diadochus putat Cicadæ cantum ex alarum, qualescunque sunt, attritu provenire: ait enim, *ὁ τῆς ἀδῆς τῶν τῶν ἡσέβη, τῶν τῶν ἀδῆς, καὶ ἡσέβη ἐκαστῶν*: Cicada canit alarum freta ministerio, semetipsam applodens, & strepitum inticiens. Quod & Hesiodus agnoscit, *πυκνὸν τῶν ἡσέβη*.

VANA GARRULITAS. CAP. XLIV.

Cur autem nonnulli vanam & inanem garrulitatem per Cicadam significari dixerint, ex Aristotele, quem non intellexerunt, desumptum crediderim, qui Platonis ideas à materia disseparsas prioribus analyticis *πρῶτα* esse dixerit: quippe, ut nonnulli ajunt interpretes, nihil nisi inanem cantilenæ cujusdam garrulitatē præ se ferentes. Quem Cicadarum cantum ut importunum & impudentem, ita Demetrius Philosophus notat, cum à Domitiano pulsus Italia cum Apollonio quæreretur: *Cicadis*, inquit, *impudè licet obstrepere, nobis ne quidem mutire fas est*. Apud Aristophanem *ὀφθαλμοί*, quæ iustus sermo commendaverat, iniustus ait Cicadarum plena esse. Sedenim quantum ad Aristotelis *πρῶτα* pertinet, pie magis fecerimus, si dixerimus, discipulum longe honestius, quam alii putent, de præcepto suo loqui, sanctiusque sentire super ideis, quam interpretes, nostri præsertim temporis opinentur: quippe cum Aristoteles de iis tractaret quæ facerent ad demonstrationem per ea, quæ ipse constituit artis elementa, non objiciendas huc, ait, ideas Platonis: quia *πρῶτα* sunt, hoc est, mysticum quiddam sapiunt, atque ideo nihil ad demonstrationem qua de nos hic agimus, conferunt: ingenium illud, atque animi



πρῶτα
quid